

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rei rvsticae libri qvatvor

Heresbach, Conrad

[Spira Nemetum?, 1603

Novembri

[urn:nbn:de:bsz:31-138693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138693)

NOVEMBRI.

Arbores ablaqueanda, & circumfodienda, & simus, aut iuglandium cortices circumponenda. Colum. 194.

Arbores etiam hoc mense transferuntur, uti & in Februario, si per gelicidia liceat, veluti pomi, pyri, iuglandes, salices.

Putanda arbores nouilunio. Fauoniis spirantibus, aut Notovitatur Boreas.

Tondentur & alia arbores ad Aprile vsq.

Aluci apum hoc tempore sordibus liberantur; quia tota hyeme eos aperire aut mouere non oportet. Purgatur die aprico tepidog, id est pennis auium maiorum, que rigorem habent, vel aliquo simili purgantur, quod manus attingere non licet, rimæ omnes luto & fimo bubulo mistis linende genistis vel aliis tegumentis, veluti porticum facias, ut à frigore & tempestate defendantur.

Suum admissura hoc tempore commoda, ut Aprili pariant: siquidem quatuor menses facta, quinto pariunt. Atque sic iterum in Augusto partum edere poterunt.

De ouum admissura in Augusto diximus & Maio.

Turdi per hyemem commodè capiuntur.

DCEM-